



Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Benedictio Matrimonij. n. 390.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

mitti, sent, u, sed el etia missum gitimus
VII. plura ex mi dulcissimo suo, & omnes tres p a sic e quibus : quare vestrum n unam filium uerius filioque e certit ; super ex te testa ius alii m resti ta non oro in juri
juria toties viro illata : pro hac autem nil dignum restituī potest , secundum communem DDum , quæ docet damna illata in uno genere bonorum debere ex obligatione per restitutionem reparari in alio genere bonorum , ita quidem , ut homicida pro iuris occisionis seculo danno temporali , nil teneatur restituere per pecuniam vel quidvis aliud : igitur &c.

CONFERENTIA, LXXVIII.

Cap. Officii, de pœnitent. & Remissione. Pontifex Innocent. consultus , an fœmina nolens marito fateri prolein ex adulterio conceputam , possit absolvī respondere : non sile ei pœnitentiam deneget andam si timeat itam mariti. Quæritur proinde , an si dicta mulier non possit damnum marito reparare , teneatur fateri adulteriu.

390.

Resp. non teneri regulariter : Ratio desumitur ex cap. cit. & responsione Pontificis : Si enim obligaretur fateri adulterium , non posset absolvī nolens illud fateri : Igitur cum secundum sententiam Pontificis possit absolvī , quando timet iram mariti aliqua mala , manifestum est eam non teneri regulariter aperire suum crimen marito , aut spurio. **C**onsir. quia talis obligatio regulariter est nimis difficultis , parum utilis , plus nociva : Ergo nulla. Nam secundum communem DD. re-

stitu-

stitutio damnorum in bonis fortunæ ordinarie facienda non est cum detimento vel periculo bonorum altioris ordinis , utpote famæ , vel vitæ .

Dixi autem regulariter non teneri propter seqq. Conferentias.

CONFERTIA. LXXIX.

39r. Iuristæ quidam veteres irrident Juvenem primogenitum, qui credens Reginæ matrem dicenti, quod ipse conceptus sit non legitime ex Rege, sed adulterio ex milite , cessit fraterna miaori Regnum. Ex quo dubitatur, an filius teneatur credere matri afferenti , ipsum esse ex adulterio genitum.

RESOLUTIO : Quoad forum externum apud omnes Jurisperitos pro certo habetur, in hoc non stari dicto matris , nisi liquidis & indubiis argumentis id probetur , v.g. quod tempore conceptionis uxor non habitaverit cum marito. A tvero quoad forum internum conscientia aliter docent graves DDes, quod scil. quando filiusnullam habet rationem dubitandi , id sibi merito persuadere debeat , quod mater fide dignissima pro ejus salute assentit , præcipue in articulo mortis. His tamen non obstantibus videtur mihi cum P. Sporer Theol. sacram. p. 4. n. 555. absolute dicendum , quod filius vel filia hactenus in

pol.